



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

5 Fallit quando ex conuentione partium simul colligentes conueniunt de stando dicto Titii, quia tunc fides ei est prestanda & dicto unius est standum, ut Alex. in l. i. §. fin. ff. de uerborum oblig. Aym. Crauet. in consi. 100. Titius nu. 13. ad finem, uol. 1.

REGULA CCXIII.

1 Testibus duobus affirmantibus quam mille negantibus creditur c. in nostra de test. glo. sing. in l. diem preferre. §. si plures. ff. de arbit. c. proposuisti. de probat. Corl. sing. in uerfi. testis. nu. 15. Afflic. deci. 324. nu. 9. Feli. in d. c. in nostra, & Alex. in l. i. ff. si quis iusd. non obtemp.

1 Fallit hæc regula quando negatiua est cohæretata loco & tempore, ut dicit Feli. in d. c. in nostra. ratio quia ista negatiua cohæretata loco & tempore, preferitur probationi affirmatiue. secundum Abba. in c. bonæ, de elect. & elect. & Afflic. d. 324. nu. 10.

2 Fallit etiam quando testes deponunt super affirmatiua deponunt etiam super negatiua, ut Bal. in c. si quis per triginta col. 2. si de feu. fuer. controuer. Abb. in c. cum ecclesia sutrina in 6. col. de causa poss. & propriet. & Feli. in d. c. in nostra.

3 Fallit 3. in testibus deponentibus de sanitate mentis, quibus plus creditur, quam mille de insania. ut Abb. in c. dilectus. col. penul. de succe. ab intest. ratio quia semper plus creditur in homine de sanitate, quam de infirmitate. Innoc. in c. i. de frigid. & malef. ubi plus creditur duobus testibus deponentibus de uirilitate ad coeundum, quam pluribus aliis de impotentia.

4 Fallit etiam duobus testibus de metu & uolentia deponentibus, quam mille de spontanea uoluntate. ut Innoc. in c. super hoc. de renuncia. & Alber. in rubrica. ff. quod met. causa. Abb. sic. in c. i. quod met. causa. Ias. in l. interpositas. de C. transact. Rom. in rubrica de arbit. col. 8. Alex. consi. 156. col. 1. in fine. uol. 5. Gramma. dec. 103. nu. 69. cum infinitis.

REGV-